que maioris puritatis est q̄ꜫ stās seu mortua. Hec ergo adhi/bebatur in ablucōm quia lepra ĩmundicia est· ⁊ oleum insa/nacōeꝫ quia lepra morbus est· et sanguis in reꝑpiciacōneꝫ· q̄a interdum pro peccato ex ira dei inferebatur plaga lepre· vel quia maxime lepra est ex corrupcōne sanguinis vt sanguine mundorum animalium corruptio et infectio sanguinis pur/garetur D In sacrificio vero zelotipie· notum erat mira=culum· viꝫ de inflatione ventris· et putrefactione femoris mu lieris corrupte· sicut legitur Numeri· v· hoc aūt sacrificiū nō erat nisi modicum farine ordeacee· super quam fudi oleum et poni thus ꝓhibuit dn̄s· quia nec ꝓpter honoreꝫ dei fiebat nec ex bona voluntate· sed solummodo causa detestādi occultum adulteriū· voluit ergo huiusmodi sacrificio reuelari occulta adulteria mulieꝝ· vt adulteria metuerent· et ne mariti suspe=ctas vxores occiderēt. Ideo aūt ex farina ordeacea sine oleo et thure offerebat̄· vt viris esset rubori sacrificium huiusmo=di· tum ꝓpter hoc quia deo non offerri ex deuotōne ostende/batur· per hoc ipsum quia nec oleum nec thus habebat· tum vile erat in se· imo omnium sacrificioꝝ vilissimum atqꜫ pau/perrimum. Noluit etiam sacerdotibus in parte illa dare occa sionem cupiditatis· ⁊ hoc ne inuitarent hoīes ad huiusmodi sacrificium offerendum: quod non tam honorificentiam dei exigebat q̄ꜫ viroꝝ malicia extorquebat E Sacrificium autem simile consꝑse oleo illa causa fuisse videt̄· viꝫ vt faceret filijs israhel rememorationem manne· quam pluerat deus in deserto ⁊ pauerat eos inde· xl· annis habebat enim saporeꝫ pa nis oleati· sicut legitur Numeri· xi. Ad hoc enim intendebat lex· vt forti impressione infigeret magnalia que pro eis fece/rat dominus·

¶ De lepra in gñe ⁊ eiꝰ diuisiones ¶ Ca· VII·

POst hec testamur de lepra· vbi primum te scire opor tet· quia lepre nomen non iuxta ꝓpriam intentionem accipit̄ hic A Lepra em̄ ꝓꝑe letalis prurigo est et quasi cancer vniuersalis ab intimis fontibꝫ serpens· et cor/ruptionem in totum corpus diffundens· q̄ꝫ aūt multum abu siue accipiat lex nomen lepre: apparet ex ipso plano textu et serie. Primum em̄ lepram vocat scabiem· deinde vocat leprā mundissimam· ⁊ hominem mundum· inq̄ effloruerit discur rens lepra in cute· ⁊ operuit omneꝫ carnem a capite vsqꜫ ad pedes. Nō posset autē esse mundissima· nec homo ea infectus mundus· si veri nominis lepra esset. Tercio quia leprā vocat

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-442/0108
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG